



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Benedictio cerei paschalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

æmula, quam nox cum lacero victa fugit peplo.
(**M**erfo &c.)

Pendent mobilibus lumina funibus, quæ sub-
fixa micant per laquearia, & de languidulis fota na-
tatibus, lucem perspicuo flamma jacet vitro. (**I**n-
ventor &c.)

Ores digna Deus, quam tibi, roscidæ noctis
principio, grex tuus offerat lucem, qua tribuis nil
pretiosius, lucem, quâ reliqua præmia cernimus:
(**M**erfo &c.)

Vera es lux oculis, lux quoque sensibus, intus tu
speculum, tu speculum foris : lumen quod famu-
lans offero suscipe, tinctum pacifici chris-matis un-
guine. (**I**nventor &c.)

Per Christum genitum, summe Patertuum, in
quo visibilis stat tibi gloria, qui noster Domi-
nus, qui tuus unicus, spirat de patrio corde Para-
clitum.

Deinde statim itur ad benedicendum cereum.

BENEDICTIO CEREI PASCHALIS.

Eam cantat Diaconus ut sequitur.



Exultet jam angelica turba cœlorum, exultent



divina mysteria, & pro tanti regis victoria tuba

F f 3

info-

NB

insonet saluta ris. Gaudeat & tellus tantis irra-
 diata fulgoribus, & æterni Regis splendore illu-
 strata, totius orbis se sentiat amisisse cali gi-
 nem: lætetur mater Ecclesia tanti luminis ador-
 nata fulgoribus: & magnis populorum vocibus
 hæc aula resul tet. Quapropter astantes vos
 fratres charissimi ad tam miram sancti hujus lu-
 minis claritatem, unà mecum quæso, Dei omni-
 potentis misericordiam invocate: ut qui me non
 meis

Benedictio cerei paschalis.

231



meis meritis intra Levitarum numerum dignatus



est aggregare: luminis sui claritatem in fun den-



do cerei hujus laudem implere perficit. Per



Dominum nostrum Jesum Christum Filium



suum, qui cum eo vivit & regnat in unitate Spi-



ritus sancti. **P**er omnia secula seculorum.



Resp. Amen. **D**ominus vobiscum. **Resp.** Et cum Spi-




ritu tuo. **S**ursum corda. **Resp.** Habemus &c.



Gratias agamus Domino Deo nostro.

Resp.



Resp. Dignum &c. Verè dignum & justum est
 invisibilem Deum patrem omnipotentem Fi-
 liumq; ejus Unigenitum Dominum nostrum
 & sanctum Spiritum toto cordis ac mentis af-
 fectu & vocis ministerio personare. Qui pro
 nobis æterno patri Adæ debitum solvit: & veteris
 piaculi cautionem pio cruore deter sit. Hæc
 sunt enim festa paschalia: in quibus verus ille
 agnus occiditur: cujus sanguine postes fideiū
 confē.

confecrantur. Hæc nox est, in qua tu Domi-

nepatres nostros filios Israëleductos de Ægy-

to, mare rubrum sicco vestigio transire fe-

cis ti. Hæc igitur nox est, quæ peccatorum

tenebras columnæ illuminatione purgavit. Hæc

nox est quæ hodie per universum mundum

in Christo credentes à vitiis sæculi & caligine

peccatorum segregatos reddit gratiæ, soci-

at que sanctitati. Hæc nox

G g

est,



est, in qua destructis vinculis mortis Christus



ab inferis victor ascendit. Nihil enim nobis nasci



profuit, nisi redimi profuisset. O mi ra



circa nos tuæ pieta tis dignatio. O inæ-



stimabilis dilectio chari tatis: ut servum re-



dimeres filium tradidisti. O verè be a ta



nox, quæ sola meruit scire tempus & horam, in



qua Christus ab inferis resurrexit. Hæc nox



est, de qua scriptum est: & nox sicut dies illumina-

bitur:



bitur: & nox illuminatio mea in delictis meis.



Hujus igitur sanctificatio noctis fugat scelera,



culpas lavat: & reddit innocentiam lapsis, & mœ-



stis lætitiā. Fugat odia, concordiam parat,



& curvat imperia. In hujus igitur noctis gratia



suscipe sancte pater incensi hujus

*Hic imprimantur quinque grana incensi
in cereum, in modum crucis hujus:*



sacrificium



vesperinū. Quod tibi in hac cerei oblatione fo-

G g 2

lenni

lenni per ministrorum manus, de operibus apū,

facrosancta reddit Ecclesia. Sed jam columna

hujus præconia novimus, quam in honorē Dei

rutilans ignis accendit.

Hic de igne benedicto accendatur cereus, & ab eo alii.

Qui licet divisus in partes, mutuati luminis detri-


menta non novit. Alitur liquentibus ceris quas in

substantiam preciosæ hujus lampadis apis ma-

ter eduxit. O verè beata nox, quæ exspolia-

vit Ægyptios, dita vit Hebræos. Nox in qua

terrenis



terrenis cæle sti a, humanis divi na jungun-
 tur. Oramus ergo te Domine, ut cereus iste in
 honorem nominis tui consecratus, ad noctis hu-
 jus caliginem destruendam indeficiens perse ve-
 ret, atque in odorem suavitatis accensus super-
 nis luminaribus misceatur. Flammas ejus lu-
 cifer matuti nus inveniat. Ille inquam Luci-
 fer, qui ne scit occasum. Ille, qui regressus ab in-
 feris, humano generi sere nus illux it. Preca-
 mur

G g 3

mur ergo te Domine, ut nos famulos tuos, om-
 nem clerum & devotissimum populum unã
 cum Papa nostro **N.** & religiosissimo Ar-
 chipræsule nostro. **N.** Et glo ri o sis-
 simo Imperatore, Rege, nostro **N.** (Ejusq,
 nobilissima prole) quiete temporum concessã
 in his paschalibus gaudiis conserva re digneris.

Sequentia canuntur in Tono conclusionis Collectæ:

Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium
 tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus
 sancti Deus &c. **Resp. Chorus: Amen.**

*Benedictione cerei completã, sequuntur prophetiæ sine titulo,
 prout*

Benedictio fontis baptismalis.

239

prout habentur in Missali; In principio creavit Deus &c. quas legit Sacerdos albâ & pluviali violaceo indutus, & omnes in tono prophetiæ. Finitis prophetiis cum Tractibus & Collectis sequitur.

BENEDICTIO FONTIS BAPTIS- MALIS.

B

In Ecclesiis & Collegiis parochialibus, dum proceditur ad fontis benedictionem, canitur sequens hymnus: in aliis omittuntur sequentia usque ad Litaniam exclusivè.

Hymnus.



Rex sanctorum An ge lorum, Totum mun-
dum ad juva. Ora primum tu pro nobis
virgo mater germinis, & ministri regis summi
ordines ange li ci. Repet. Totum &c.

Supplicate Christo Regi, cœtus Apostolici, supplicetque permagnorum sanguis fusus Martyrum.

Repetitur: Rex Sanctorum &c.

Implorate Confessores, consonæque Virgines:
quo